

P V I S



1 6 0 3



PROBLEMAT A JV-  
RIS EX TIT: INSTIT: DE  
Rer: Divis: De Consilio Gribaldi  
Jurisconsulti Versibus  
inclusa.

*Autore*

STEPHANO VENATORIO  
*Lubecense.*



WITEBERGÆ  
EXCVSA IN OFICINA  
*Laurentij Schwenck.*

*Anno M. D. LXXI.*

PROBLEMATICA IV

RIS EX III: INSTIT. DE

Rev: Dns: De Consilio Crisobolus

Inscriptio: Veritas

intra

Actus

STEPHANO VENATORIO

Lubecae



WITTEBERG

EXCUSA IN OFFICINA

Laurentij Schwanck

Anno M.D.LXXI

PROBLEMATICA IV

RIS EX III: INSTIT. DE

Rev: Dns: De Consilio Crisobolus

Inscriptio: Veritas

intra

Actus

STEPHANO VENATORIO

Lubecae

WITTEBERG

EXCUSA IN OFFICINA

Laurentij Schwanck

Anno M.D.LXXI

AMPLISSIMO ET PRU-  
DENTISSIMO CIVITATIS SERVE-

stanae Senatui, summis studiorum Patronis D. S.

omni obseruantia colendis.

S. D.

PLerique hominum auaritia obcecati, nulloque honestatis delectu habito, sapissime non modo ipsi qui literarum & bonarum artium rudes, sed etiam qui uita & moribus turpissimi sunt, ingenij sui monumenta dedicant. Quod ipsum quam turpe & ab omni honestate remotum sit, facile intelligunt, qui posthabito lucro & fortunæ commodis sua dignitate bonas artes emetiuntur. Laudandus itaque Themistocles qui id frequens in ore habuit, se ipsi sua scripta consecrare quorum uirtus maxime prædicaretur. Quo certe nihil aliud quam hoc monere uoluit, sub eorum nomine scripta publicanda esse qui aut literarum ornamento aut alio quopiam uirtutis decore conspicui essent, eò quod non in uirtutum gymnasijs aliquandiu exercitati de eiusmodi laboribus æquius iudicium ferre & rogatam illam militiam largiori stipendio plerumque compensare soleant. Nam qui *ἄγροιοι* sunt, nullisque humanioribus artibus imbuti, adeo ut neque natare neque literas norint, quomodo illi scholastici operis iusti censores reputabuntur? qui non modo nullo honore nos afficiunt, sed neque labores nostros die noctuque continuatos ullo præmio dignantur. Quemadmodum autem omnibus modis iniqui sunt parentes qui liberos suos contra eorum uoluntatem aut uel aut metu eò adigunt, ut maritis parum honestis conubiali Sacramento copulentur, ita contra iuris & æquitatis rationem faciunt, qui Musas eò extrudunt ubi nullo honore & loco sunt. Repetamus à Veterum memoria exemplum Virgilij & Horatij quorum alter Augusto Cæsari alter Mecænati equestri dignitate & honore præfulgenti operas suas dedicauit. Nostra itidem ætate Poëtica facultate insignes Viri scriptis suis fauorem & gratiam conciliaturi, non à plebecula sed à summis Principibus eruditione seu doctrina instructis eam sibi petendam existimarunt. In hanc sententiam D. Georgij Sabini Elegia Episcopum Moguntinum affatur,

Aërij ueluti manans è uertice montis

Præbet in exhaustam Vena perennis aquam

Sic largitur opes, & in illos munera confert,

A quibus æternæ munera laudis habet.

A 2

Quare



Quare Themistoclis exemplo illi nobis patroni quærendi sunt, qui aut ipsi aliquandiu bonis artibus operam nauarunt, aut ea naturæ bonitate præditi sunt ut saltem honestas artes non fastidiant. Ego uero ornatissimi Viri cum exploratū habeam uos non solum flagrantissimo pietatis affectu, sed etiam pro illa qua excellitis prudentia beneuolo animo studiosorum operas complecti, placuit mihi uestro nomini hæc legum problemata inscribere, quæ ut magno candoris studio dedicata sunt, ita pari affectione ea accipiatis summoperè à uobis peto. Proinde res uestras omnes, actiones & consilia tutelæ & protectioni diuinæ cōmendō, ut hæc Deo præside felicem progressum & euentum sortiantur. Idem etiam largiri uelit ut multi alij munificentiam uestram seu liberalitatem, quæ bonarum artium studiosis affatim ac abundè, simulq; ( ut dici solet ) pingui mensura subsidia administrat, æmulentur, atq; ita sua largiendi facilitate pauperiores ad honesta studiorum exercitia prouocent. Vuitebergæ

17. Martij Anno 1571.



PROBLE

Quare Themistoclis exemplo illi nobis patroni quærendi sunt, qui aut ipsi aliquandiu bonis artibus operam nauarunt, aut ea naturæ bonitate præditi sunt ut saltem honestas artes non fastidiant. Ego uero ornatissimi Viri cum exploratū habeam uos non solum flagrantissimo pietatis affectu, sed etiam pro illa qua excellitis prudentia beneuolo animo studiosorum operas complecti, placuit mihi uestro nomini hæc legum problemata inscribere, quæ ut magno candoris studio dedicata sunt, ita pari affectione ea accipiatis summoperè à uobis peto. Proinde res uestras omnes, actiones & consilia tutelæ & protectioni diuinæ cōmendō, ut hæc Deo præside felicem progressum & euentum sortiantur. Idem etiam largiri uelit ut multi alij munificentiam uestram seu liberalitatem, quæ bonarum artium studiosis affatim ac abundè, simulq; ( ut dici solet ) pingui mensura subsidia administrat, æmulentur, atq; ita sua largiendi facilitate pauperiores ad honesta studiorum exercitia prouocent. Vuitebergæ



# PROBLEMAT A

## IURIS.

**Q**Vando Deus rerum communem fecerit usum,  
Et sua non dubia munera lance ferat.  
Nam fera quæ nemorum uiridi se pascit in herba,  
Vllius imperij libera nescit onus.  
Cur tamen aula Ducum patulas indagine sylvas  
Cingit, an id saluo iuris honore licet?  
Quin licet, adducto flectentem cornua neruo  
Agricolam Volucres illaqueare feras?

*v. c. 1 § si quis Rusticus vers: nemo retia ubi Auluar  
de pace te: in vsib. feud. De eodem vide Methodicam  
explicationem in paratitlis Magnifici Viri D. D.  
Wesenbecij ad tit. ff. de acqui: rer. dom.*

## II.

Cum ratis æquoreis scopulis illisa fathiscit,  
Amittitq; suas naufraga puppis opes.  
Dic quid iuris erit vitreis Piscator in undis,  
Si quid ab his capiat sorte fauente bonis?

*Vide Hoto: in Instit: § & quidem naturali in verbis  
& mare & per hoc littora maris & § alia causa. Vide  
contrarias disputationes in l. qui lauanda §. de lege  
Rhodia & in l. falsus, 43. § pe: ff. de furtis.*

A TAM III. 809 T

Nidificans summo generosa Ciconia tecto,  
Illa auis affectum quæ pietatis habet.  
Hospitis anne sui premet hanc metuenda potestas,  
Cuius in hospitio pignora cara fouet:  
Libera uel potius quam latè extenditur aër,  
Illa uenit prædæ diripienda loco.  
Fas erit, appositis ad agrestia culmina scalis,  
Inuestes pullos cum genitrice capi:

*Hoto: in § auium in verbo volucres Instit. eod.*

III.

Copia qua leporum se multa frequensq; ferebat,  
Occulto fuerant retia structa loco.  
Incidit huc duro latratu territus Agres,  
Inter quadrupedes gloria prima lepus.  
Fit Domini, cauta qui retia struxerat arte,  
Iure sibi leporem uendicat ille suo.  
Qui laquei nodos pedicæq; ligamina soluens,  
(Scilicet ut captam retrahat inde feram)  
Risu digna noto: per amoeni compita ruris  
En lepus in syluam grande reuoluit iter.  
Attamen infelix alijs mox cassibus hærens,  
Alterius Domini sub iuga dura uenit.  
Iurgia si fiant, leporem si poscat uterq;  
In dubio casu quid sacra iura monent:

vs.



*v. §. fera. h. t. & ibidem Hoto. l. naturalem §. de acq.  
qui. rer. dom.*

V.

Fixerat Actæon longo uenabula rostro,  
Illa uolatilibus perniciofa feris.  
Huc subito illapsus morsum dum uitat Aëllus,  
Fit Domini, cautum rete struentis, aper.  
Finge sed implicitum (Dominus dum forsitā absit)  
Alterius captum protinus esse manu.  
Dic uter ex illis metuendum dentibus aprum,  
Induperatoris lege iubente tenet ?

*Hoto : in § Gallinarum in uerbis tui tuæue esse intelli-  
guntur. v. & Vlpia : in l. Pomponius 44. de acqui. rer  
dom :*

VI.

Et licet & fas est, modicum qui surripit æris  
Dicere furtiui criminis esse reum.  
At si forte dolo quisquam deludat egenum  
Exiguo, sceleris quin fit & ille reus ?  
Sic ut iudicij compulsus adire tribunal,  
Pro merito poenæ crimine damna luat ?

*gl. in instit. h. t. § Gallinarum in uerbis qui lucrandi ani-  
mo cum ibi allegatis.*

**FINIS**

De ser. d. r. v. ibidem Hoto. L. naturam. de ac  
par. ser. dom.

V.

Exerat A dion longo r. abula r. o. f. r. o.  
Hic subitio illapue mortam dum uicaz A d. l. u. s.  
Fic D. o. m. i. n. i. u. s. c. a. r. n. i. u. m. r. e. t. e. f. i. n. i. t. u. s. a. p. e. r.  
Finge sed implicium (D. o. m. i. n. u. s. d. u. m. t. o. r. i. a. s. a. p. e. r.)  
Dicitur ex illis merendum deinde sprum.  
Induperatoris lege iubente tacer?

Hoto in d. Galliarum in verbis cui successit intell.  
gunt. d. v. l. p. i. a. i. n. l. P. o. m. p. o. n. i. u. s. d. d. e. s. e. p. e. r. v. s.  
dom.

VI

Et licet & las est. modicum qui surripit r. o.  
Dicitur inueni criminis esse r. e. n. a.  
Ac si forte dolo quisquam deludat e. g. r. u. m.  
Sic in iudicij compulsiuacur r. i. b. u. n. a. l.  
Pro merito p. o. n. e. c. r. i. m. i. n. e. d. a. m. n. a. t. u. s.  
Et in iust. d. r. d. Galliarum in verbis qui inueniunt  
no cum ibi allegat.

FINIS



Jf 4600

ULB Halle 3  
003 299 04X




sb.

1077







LIII

OBLEMATA JVV  
EXTIT: INSTIT: DE  
Dinis: De Consilio Gribaldi  
Jurisconsulti Versibus  
inclusa.

Autore

PHANO VENATORIO  
Lubecense.

WITTEBERGÆ  
VSA IN OFICINA  
Laurentij Schwenck.  
Anno M. D. LXXI.

52.

CC.

